

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

IN DIE SEPULTURÆ

CHRISTI.

E. Marth. c. XXVII. 6. Marc. XV. 46.

Luc. XXII. 53. Joh. XIX. 41

Quando tuum corpus regitur, pie Christe! sepulcrè
Tunc simul in tumulo crimina nostra regis.

ORACULUM SACRUM. XXIV.

Esa. LIII. 9.

TEXTUS EBREÛS SACER.

וַיִּתֵּן אֹתוֹ — וְשָׁעִים קָבְרוּ

וְאֶת — עֵשׂוֹר בְּמַתְיוֹ עַל לֵא הָמָס

עָשָׂה וְלֹא מָרְמָה נַפְיוֹ:

Versio vulgata.

Et dabitur cum impiis sepultura
ejus, & cum divitibus in morte ejus:
Quamvis iniquitatem non fecerit, neq;
dolus fuerit in ore ejus.

Versio B. LUTHERI.

Und Er ist begraben wie die Gott-
losen/ und gestorben wie ein Reicher/
wie

wiehol Er niemand unrecht gethan
noch Betrug in seinem Munde gewesen
ist.

N O T A.

1. Hoc sacrum oraculum omninò dignum
est ut summò studio enucleetur & Scholastica
juventuti, præprimis autem cælestis doctrina
studiosis, diligenter inculcetur, quia in ejus e-
nucleatione semirè torquent interpretes.

2. Lyra, Hieronymus & Augustinus per
ἄνθρωπον intelligunt Judæos, & è loco præsen-
te, talem eliciunt sensum. Dabit impius pro
sepultura suâ i. e. Christus liberatus est, Judæi
impii pro liberato Christo traditi sunt in
mortem hujus vitæ & æternam, quia Romani
omnes occiderunt. In quam sententiam ad-
ducunt illud Salomoneum: Justus liberabitur
& tradetur impius pro eo, Prov. XXI. 18. Sed hæc
à textu abludunt.

3. Alii per vocem ἄνθρωπον intelligunt Joso-
phum ab Arimathia, ut sit sensus: Joseph ab
Arimathia, qui dives fuit, sepelivit Dominum
in loco honesto. Sed obstat huic sententiæ
articulus ἄνθρωπον qui non casui primo, sed quarto
præponitur. Præterea per divitem h. l. intel-
ligitur impius, uti B. Lutherus rectè observat.

Nam

Tam divites abusu bonorum suorum impii esse solent. Joseph autem ab Arimathia non fuit impius, sed fidelis Christi discipulus, licet occultus, propter metum Judæorum, Johann. XIX. 31.

4. Nos misis sententiarum divortii, hoc acrum oraculum ad examen Grammaticum vocamus & **וְשֵׁר וְשֵׁר** & **וְשֵׁר** concreta pro abstractis posita esse adserimus, ut sit sensus: **וְשֵׁר** dedit seu posuit Christus in sepulcro suo impios i. e. improbitates & peccata hominum, ut facie DEI sint abscondita & remissa omnibus, qui in Christum credunt, Posuit etiam Christus divitem i. e. divitias in morte sua. Nam huius mors est caeleste illud gazophylacium, in quo omnis divitiarum spiritualium sufficientia reposita est, & exinde vera ac viva fide desumi potest. Unde & Petrus i. cap. I. 19. sanguinem Christi **וְשֵׁר** carum & pretiosum vocat, & omnibus mundi thesauris ante fert, imò potius opponit, uti hunc locum eleganter enucleat B. Glasius lib. III. Phil. sacra tract. 1. can. 2. 4.

5. Quamvis voci **וְשֵׁר** litera **ו** non prapositionatur, quia tamen sequenti voci ubi de morte divitis agitur, disertè adjiciatur, etiam voce **וְשֵׁר** merito est addenda. Nam apud Ebræos

os in sententiis copulativis posterior pars interpretari solet priorem. E. antecedens nomen **בְּבֵת** tam est per **IN** vertendum, licet sit omis- sum, quàm **וּמָוֶת** sive mortis nomen, prefixo **Beth** per **IN** declaratur. Vide D. Paulum Laurentium b. m. in Explicat. Hist. pasf. Domini conc. 64. p. 915.

6. Particula **וְ** h. l. rectius exponitur causaliter (Geminum huic planè exemplum vide Job. XXXII. 2.) quàm adversativè, cujus nihil aliud exemplum dari potest.

7. Solus Christus ex omnibus hominibus & inter omnes homines prorsus est **ἀναμάρτητος** Joh. VIII. 46. **ἀκακῶς ἀμάρτητος, καὶ ἁγίου** **ἐκ τῶν ἀμαρτωλῶν**, Ebr. VII. 26. non fuit dolus in ore ejus, teste h. l. Propheta. Nostra verò justitia, tum habitualis tum actualis, non est perfecta, sed peccati labe contaminata, & velut pannus remotionum h. e. abjectissimus Esa. LXIV, 6. Quod notandum.

I. Contra PERFECTISTAS, qui contendunt, quibusdam tantam perfectionem in hac vita contingere, ut peccare non possint, quibus ad laudem sua docent Photiniani. Vide examen welche die seynd/ die da verlegen den Jesum den **HEXEN** lit. D. fol. 8. lit. E. fol. 211.

II. Contra PELAGIANOS, qui è loco pro-

entiet I. Pet. II. 21. qui huic collacteus, colligebant
 nullum dari peccatum originis. Quod si enim
 laretur, Petrus non potuisset ex remotione u-
 nius speciei procedere ad remotionem gene-
 nis.

III. contra SOCINIANOS, existimantes, Chri-
 stum non tantum pro nobis; sed etiam pro se obtu-
 isse sacrificium. Vid. Socin. part. II. de Serv-
 Christo, c. XXII. & Prælect. Theol. c. XXIX.

IV. contra ARMINIANOS, & cum primis
 compiam & scandalosam Episcopi Disputatio-
 nem de Christo, utrum Christus potuerit non
 obedire, vel potuerit peccare. Respons. ad
 lefensiv. Cameron. cap. XIII. oper. p. 289. Su-
 cipit enim defendendam affirmantem senten-
 tiam, quæ verò adeò impia est, ut Socinus ipse
 ipòq; ab ea abhorruerit. Contrariam, inquit,
 ententiam tenent complures, & inter istos etiam
 Socinus & qui cum eo sentiunt. Dicis, quid omni-
 dò in hac re horrendi, aut enormiter absurdi est,
 i dicatur Christum potuisse non obedire, sed
 amen obedivisse. potuisse Christum peccare,
 sed tamen non peccasse. Sed quid horrendum,
 quid impium, quid blasphemum, si hoc non est:
 Christus est filius Dei, Deo patri ἐμὸν Θεὸς, est
 αὐτῷ παῖς καὶ ἰσὺς θεῶν. Act. IV. 27. est sanctitas
 sanctitatum, Dan. IX. 24. Qui ergo peccare
 potu

potuisset? Nec actu peccavit Christus. Nam iniquitatem non fecit, neq; dolus fuit inventus in ore ejus, i. e. Si Christus suo etiam loco aberrando à lege Dei, peccatum aliquod designasset, descendendum utiq; & ipsi fuisset communi hominum more absq; ullo nostro commodo in sepulcrum, ut corruptioni subiceretur. Sed quia nec iniquitatem fecit, nec dolus fuit inventus in ore ejus, ac nihilominus reconditum fuerit ipsius corpus exanimum per triduum in monumentum, aliorum peccata, quemadmodum morte sua expiavit, ita sepultura sua sepelivit, abolevit, mortisq; contra nos stimulum fregit, uti hunc Prophetæ locum eleganter explicat B. Laurentius loco supra citato.

8. Hæc Christo MORTES in plurali numero tribuuntur, quia pro nobis non solum mortem temporalem, sed etiam æternam gustavit, quum in sanctissima animâ suâ dolores & cruciatus infernales ad tempus sustinuit acerbissimos, contra Socinianos, negantes, Christum mortem æternam vel infernalem subiisse. Hinc Socinus part. III. de Servatore Christo, cap. IV. ita disserit: *Quamvis non defuerunt, qui Christum damnatorum pœnas passum fuisse affirmarunt, sunt ausi, explosa tamen est sententia ista, & merito quidem.*

Nec est quod Ostorodus part. 3. Disput. Germanicæ, quam Georgio Tradelio Jcto opposuit, p. 214. excipiat, *Christum non subisse mortem æternam, alias adhuc esset in morte.* Nam Christi mors non fuit mors *Ἰλὴ ἀνθρώπων*, sed *ἰανθρώπων*. Mors itaq; Christi temporalis ob dignitatem personæ, quæ infinitum pondus largitur, morti æternæ æquipollet.

Socinianis album adponunt calculum **JESUITÆ**, qui *Christum corporales duntaxat ac temporales penas, non verò etiam inferni dolores, iram DEi, maledictionem & æternæ mortis horrorem in anima sua sancta, sensisse disputant.* Vid. Bellarmin. lib. 4. de anima Christi cap. 8. Svez. controv. 3. in Thom. T. 2. quæst. 46. sect. 1.

- 330.

9. Christo h. l. tribuuntur **MORTES E. non** *ὁ ἀσῶς*, sed *ἡ ἀνάσῳς* fuit mortuus. Si autem Christus verè est mortuus, utiq; etiam est verus homo, contra Cerdonem, qui *Christum non passum, sed simulasse passionem, Augustinò teste, circa annum Christi 135. docebat*; Cerdonem sequutus est Marcion, qui *Christum putativum & imaginarium corpus habuisse, & sic putativè ac imaginariè tantum passum esse adstruebat.* His succenturiatus est MANES, qui *Christi passionem & mortem fuisse tantum visionem, Theo-*

doretò

doretò teste, statuebat. Hilarius, pater Ecclesie, cetera orthodoxus Christum multos reuera dolores in passione sua sensisse, sed secundum infirmitatem nostram hujusmodi saltem simulasse adferebat. Verum hos omnes refellit præsens oraculum, in quo Christo non mors in singulari; sed mortes in plurali numero attribuantur. Interea audiamus.

PATRES ORTHODOXOS

de

Christi Sepultura,

Si tibi magnùm & pretiosum videtur, quòd pro te filius Dei pependit in cruce illudque subline quòd ascendit in coelum illud, te multo magis stupere oportet, quòd PRO TE mortuus & SEPULTUS est. *Augustinus de Temp. serm. 123.*

Sepultus est Christus ut ad consolatores sepulcorum benedictionem corporis ejus et eorum susceperet. Sepultus est, ut sepulturae sanctorum benediceret, & ut nos sibi vitis ac concupiscentiis sepeliret. *Idem serm. 181.*

Mea exspiratio crucifixi: mea dormitio SEPULTI, *Bernb. Sermon. 75. in Cantic.*

De

Christi innocentia, & quòd peccare non potuerit.

Con

Confitemur, Dominum IESUM Christum habere omnia, quæcunq; Adam primus, sola excepta peccantia (id est, ut habet commentator Ius Jodoeus Chlichtoreus, peccandi facultate.) Nam non modo, quod hic addit, peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus, sed etiam nec peccatum facere potuit. Quò enim factò posset in Deum peccatum cadere, aut yæ conventio lucis ad tenebras? aut qua ratione valeret summæ bonitati hypostaticè unita caro ad malitiam deeumbere? Quare contraxerunt sua ora opera pretium est, & majore post hac pietate religioneq; loquantur, quæ postulant & sibi petunt admitti, quod verbum Dei asumat naturam peccantem aut peccatricem, quæ aut labem peccati contraxerit, aut contrahere possit. Non enim minus absurda est petitio, atq; si quis efflagiret summæ luci & immensæ tenebrarum horrorem conjungi, aut summo calori frigus immisceri, quod ipsæ rerum natura prorsus abhorret. Clamat namq; Apostolus; Christum tentatum per omnia per similitudinem absq; peccato. Et alio loco; in similitudinem carnis peccati immisum à DEO filium, contestatur, quod ejus sacratissima caro videm sit, & consimilis naturæ cum carne nostra, quæ est caro peccati & peccato obnoxia-

In Christo autem nequaquam fuit caro peccati,
sed caro, quæ salutaris est medicina contra pec-
catum & oblata ad ipsius peccati destructio-
nem & deletionem. Ita rectè Damascenus lib. III.
de O. E. cap. XIII.

FERIA II. PASCHATOS.

Herz Jesu! Do dein Leib ins Grab wird
eingesencket /
So wird auch meine Sünd' im Grabe mit-
umsehrencket.

Wer stirbt auff dein Verdienst/ de-
ruht im Grabe auß/
Der Tod ist sein Gewinn/ das Grab
sein Friedens-Haus.

Ex Luc. XXIV. 25. 26.

O tarde fidei mentes! ò pectora caca!
Per mortem Christus transit ad astra poli.

ORACULUM SACRUM XXV.

Act. XIV. 22.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Διά πολλῶν θλίψεων θεῖς ἡμῖς ἐπέλεξεν
ἵνα τὴν βασιλείαν τῆς ἰουδ.

Verf.